Quelle: http://manuscripta.at/?ID=42090
Copyright: Bozen/Bolzano, Museumsverein (Depot im Stadtmuseum)



·xvi·

pauperibus. iustitia eius manet in seculum
seculi: cornu eius exaltabitur in gloria. Peccator videbit et irascetur dentibus suis fremet et tabescet: desiderium peccatorum peribit.

Laudate pueri psalm. Gloria patri et filio: laudate nomen domini. Sit nomen domini benedictum: ex hoc nunc et usque in sem. Ab solis ortu usque ad occasum: laudabile nomen domini. Excelsus super omnes gentes dominus: et super celos gloria eius. Quis sicut dominus deus noster qui in altis habitat: et humilia respicit in celo et in terra. Suscitans a terra inopem: et de stercore erigens pauperem. Ut collocet eum cum principibus: cum principibus populi sui. Qui habitare facit sterilem in domo: matrem filiorum letantem. Gloria patri et filio.

Laudate dominum omnes gentes: laudate eum omnes populi. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: et veritas domini manet in eternum. Gloria patri et filio.